



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 30. Germanorum nonnulli concessioni Calicis obstrepentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

de cetero autem se Granatensis Archi-^{Sæc. XVI.}
episcopi, qui itidem hanc rem esse pro-^{A.C. 1562.}
rogandam censebat, sententiæ accede-
re aiebat.

§. XXX.

*Germanorum nonnulli concessioni Ca-
licis obstrepentes.*

Cum hic Præsul æquitatis studiosissi-^{Pallav. cap. 4}
mus, mentisque integritate vel ma-^{n. 11. & 12.}
xime conspicuus haberetur, sua quo-
que oratione suorum sociorum animos
ad se rapiebat, quamvis is ex sua na-
tione unicus fuerit, qui ejusmodi
sententiam foverat, aut saltem palam
proferre ausus fuerat; quippe Joannes
Colosvarinus, Ordinis Prædicatorum,
Episcopus Canadiensis, alterque Pro-
curator Hungarici cleri, cum mentem
suam in familiaribus colloquiis Præ-
sulibus aperiret, ancipitem præse-
ferebat animum dubius, an petitioni
deferre conveniret: nec minus Hercu-
les Rettingerus Episcopus Lavantinus
statim, ac ea de re agi cœptum, abiit
e Concilio, Germaniamque repetiit:
quod ab eo effectum credebatur, ne re-
digeretur in angustias, aut animos suo-
rum civium, aut suam animam læde-
ret: Insuper Procuratores complurium
germanicorum Antistitum, qui superve-
nerant, publice sententiam non fere-

Sæcul. XVI
A.C. 1562. bant: quamvis Maffarellus Synodi Secretarius eos die vigesima Julii ad congregationem, ut ibi sententias suas edicerent, vocasset; equidem Legati de Maffarello conqueſti ſunt, quod illos admiſſet in coetum: cumque is ſepargaret literis Pauli III., qui eam Germanorum Præſulum Procuratoribus facultatem concedebat, hujusce permiſſionis exercitium ſuſpenderunt, ac celeriter petierunt, impetraruntque a Pontifice peculiarem hujusmodi facultatis abrogationem: porro idem hoc negotium rurfus poſtea agitabatur, prout ſuo tempore memorabimus: nihilominus hi Procuratores, quamvis ſua ſuffragia ferendi facultate ſpoliati eſſent, in privatis tamen colloquiis libere profitebantur, quod firmiter ſibi perſuaſum haberent, Calicis conceſſionem minime Germanorum ſaluti profuturam: præterea aliarum Nationum Epifcopi arguebant, non ſine gravi cauſa a Concilio Conſtantiendi, licet in Germania celebratum eſſet, eique Cæſar, germanique Principes tantum operæ impendiſſent, id vetitum fuiſſe.

§. XXXI.

Clodiensis Epifcopi ſententia de concedendo Calicis uſu.

Inte-